

naturales atque urbani sales. Quis non capitur facetiis maximè tuis, præsertim cum videat eas adeo oblitas in hoc oppido, ita ut pænè veteris vestigia leporis appareant? Amandus ipse es, mi Bartholomæe, dulcis admodum, & in omni genere jucundus. Cura ut redeas. Scire enim te volo adeo exaruisse veterem urbanitatem, ut solum fratres dicere possint, quod est in proverbio: nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam. Ergo ii tibi nos succedemus. Veni igitur quæso, ne tantum semen urbanitatis unà cum hac depopulata Republica, intereat. Cura ut valeas, nosque ama. Vale.

Ferre non potui, ut a me solo desiderares hoc officium, homine tibi amicissimo, & de te tam benemerito: quidquid id fuerit, æqui bonique consule, mihi que rescribe.

*Fue Don Carlos de Borja hijo de Don Juan de Borja, Mayordomo Mayor de la Emperatriz Doña Maria de Austria, y de Doña Francisca de Aragon y Barreto. Fue Duque de Villahermosa, y Conde de Ficallo en Portugal, casó con Doña Maria de Aragon, hija unica de Don Fernando de Aragon, y Doña Juana Pernestan, Duques de Villahermosa.*



## ECLOGA PASTORALIS

VITAM RUSTICAM ET URBANAM  
comparat: deflet LUPERTIUM LEONARDUM jam  
defunctum sub nomine THYRSIS; & celebrat BARTHO-  
LOMAEUM LEONARDUM ejus fratrem adhuc  
viventem sub nomine DAPHNIS.

SYLVANUS. CANDIDUS. AMYNTAS.

SYLVANUS.

**H**orrida tempestas nascentem amplectitur annum:

Aëra funestat: jubar obruit: asperat undas.

Sylva laborantes inclinat pondere ramos,

Congerie nivis occultans quos nuper inanes

Monstrabat nidos: torrentia flumina torpent;

Præcipites suspendit aquas, scopulisque trementes

Condensat glacies; & plaustra volantia sulcant

Stagnorum ingenti solidatas frigore crustas;

Sidera compensant alternis otia damnis.

CANDIDUS.

Fas, Sylvane, queri: maris implacabile murmur

Sylvarum immanis fragor interrumpit: opaco

Nos spelunca sinu algentes vix abdit: amaro

Prata obducta gelu: mundum usurpasse videtur,

Natura cessante, chaos. O jure beati

Qui populos urbesque colunt! laquearia lætas

Quos pretiosa tegunt, pastoribus omnis inertis

Vita agitur cultu: gravis inclementia cæli

Jactatis iterum desævit turbine campis,

Magnaque conspirant in nostram elementa ruinam.

SYLVANUS.

Quemquam sorte sua contentum vivere credas?

Bella colonus amat: fastidit classica miles:

Laudat eques puppes: condemnat navita portum.

Heu!

Heu ! mortale genus Patris indignatio summis  
 Obruit hisce malis : postquam vitiosior ætas  
 Sæcula mutavit truculento augusta metallo .  
 Inde negant arbusta favos : vaga flumina nectar :  
 Nec jam sponte sua cupidi seges horrea complet  
 Cultoris : queritur steriles nimis area sulcos ,  
 Sollicitatque novas industria provida curas .

CANDIDUS.

Impia letalem meruerunt crimina poenam ,  
 Crimina , coelestes quibus irritavimus iras .  
 Hæc dubitare nefas : Patris alta mente repostum  
 Delictum antiquum , spretique injuria vivit  
 Præcepti ; at mentem nova contemplatio rerum  
 Exagitat : volvi tanta caligine mundum ,  
 Sors ut iniqua pios gravet , ut vexatio justos  
 Invidiosa premat : cum sontibus omnia cedant  
 Prospera ; & arbitrio fortunam temperet amens .

SYLVANUS.

Quò , vesane , ruis ? Quò te dementia mittit  
 Præcipitem ? Veluti fluere mortalitas casu ,  
 Ceu natura polum arcana sine lege moveret ,  
 Aut fortunæ orbis compagem invaderet error  
 Qui temerè immensæ disponderet organa molis .

CANDIDUS.

Non adeo sum mentis inops , torpore capacem  
 Obruat alta licet rationis inertia sensum :  
 Nam quis opinetur cæco nitida astra meatu  
 Currere ; sublimesque globos flammantis Olympi  
 Sponte rotare vago sinuosa volumina gyro ;  
 Oceanumque trucem præscripto in litore fluctus  
 Frangere , & obscuræ nocti succedere lucem ?  
 Sed cum indigna gravi florens opulentia fastu  
 Tecta coronet , agri vitæ indignentur , iniquum  
 Opprobrium rudis admiror , & execror audax  
 Rectorem arbitrio trutinantem humana maligno .

SYLVANUS.

Magna , nec inficior , discrimina ruris & urbis ,

CAN-

Candide , magna quidem : verum his reminiscere sylvis  
 Quantus abundet honos : vitæ hic tranquillior usus ,  
 Aureaque arident vestigia temporis almi .

CANDIDUS.

Candor abest , Sylvane , prior : jam nulla voluptas :  
 Ardor torret agros æstivus : inhospita tellus  
 Æstuat : horrescunt rigidis mox arva pruinis ,  
 Et vastata gelu squalent , & frigore torpent :  
 Sylvestrem infamat labor incessabilis umbram .  
 Ast urbana quies , quanto (nec fallimur) ævo  
 Clarior antiquo jactata oblivio delet  
 Tempora : maturam ubertatem moenia noscunt .

SYLVANUS.

Maxima præclaros fortunat copia cives ,  
 Ingentique vigent excelsa palatia pompa ;  
 Pastorum tamen alta quies , & vita tumultu  
 Libera , & insanis numquam domus anxia curis  
 Allicit : hæc placidis arident otia pletris .  
 Thesauris Arabum , vel turbine Gangis opimo  
 Rustica paupertas augustior , ardua moles  
 Turribus impendens ferit astra micantia celsis :  
 Nobile fulget ebur : cava contignatio vasta  
 Montibus exhaustis antiquas amovet umbras :  
 Omnis humus mensis vix sufficit : æquora luxus  
 Non modo nota ferus , verum ulteriora fatigat .  
 At casa pastorum immensis pretiosior aulis .  
 Serica distinguit Proceres toga : pompa Dynastas ,  
 Purpura , maiestas , aulae , superbia , fastus .  
 Pellibus innocuis tegimur nos rustica plebes ,  
 Cujus inexhaustum decus & custodia , virtus :  
 Floribus hanc natura beat : simul influit ardor  
 Vernus humum : exultat per campos viva venustas :  
 Luxuriant segetes : vastis convallibus amnis  
 Scinditur : instaurat spirante Favonius aura  
 Alituum cantus , & dum ferit unda lapillos ,  
 Invitat tremulo somnos lasciva susurro .

I. Not.

S

CAN-

CANDIDUS.

Progrediare licet : sententia verior urbem  
 Approbat : ingentes agrorum adverte labores .  
 Si deus istius portenti est causa , benignum  
 Quis putet esse deum ? Gravis infortunia ridet  
 Pastorum : & quisquam tam sævum numen adoret ?  
 Hic probitatis honos ? Hæc præstans candida morum  
 Simplicitas ? Justi reverentia , nomen inane ?

SYLVANUS.

Quod fugiat summam lumen sic debile lucem ,  
 Quid mirum ? Ingenium levis argumenta retorquent  
 Stultitiæ humanum : rapit ignorantia cæcos  
 Corda per anfractus : ut cœlum nubila condunt ,  
 Sic tibi caligo prohibet discernere verum ,  
 Et paupertatis mysteria lubrica nostræ :  
 Blasphemo immensam majestatem ore profanas .  
 Nec tamen hæc latrare pudet ? Rationis & æqui  
 Transgredieris metam . Quid opinio barbara tantum  
 Pectore sopito firmis radicibus hæret ?

CANDIDUS.

Proh deus ! Effrænem numquam moderabere linguam ?  
 Quamdiu amicorum stimulabis pectus in iras ?  
 Deficit offensum tandem patientia : verum  
 Consuetudo mihi stolidos compescere motus .

SYLVANUS.

Quam facile insanam rapit iracundia mentem,  
 Præcipitesque animi rationis fræna relaxant !

CANDIDUS.

Quid furis , o demens ? Frustra quid inepte minaris ?  
 Verum ad nos propero motu festinat Amyntas .

AMYNTAS.

Egregii juvenes , quæ controversia tantum  
 Fœdus amicitiae , & concordia vincula rupit ?  
 Hæc decet ira feras : illas imitantur amicis  
 Hi quicumque ferunt ignobile detrimentum .

CANDIDUS.

Ira furor brevis est : rixarum tædet , Amynta .

SYL-

SYLVANUS.

Poenitet irarum , unanimi deponimus iras .

AMYNTAS.

Exulto , & lacrymis juvat ostentare paterni  
 Pectoris affectum , erumpant ut gaudia plenè .

CANDIDUS.

O venerande senex ! Cœlo te laudibus æquent  
 Mortales : tibi cura graves componere lites  
 Pastorum , & dulci eloquio sedare tumultus :  
 Solari ærumnas , fastidia demere : grates  
 Qui tibi nunc referant , & debita præmia reddant ?

SYLVANUS.

Magne parens , quem nostra colunt arbusta , severis  
 Legibus ambiguos dirimentem limite campos :  
 Te veniente quidem media licet ardeat ira ,  
 Pectoris indomitum quis non compesceret æstum ?  
 Ruricolæ arguta modulentur arundine carmen :  
 Carmina Pastores , & famæ buccina totum  
 Nomine solis iter generosi illustret Amyntæ .

AMYNTAS.

Cultores nemorum celebrabunt , Candide , nostri  
 Tempora , conscribentque suis in fastibus ambos ,  
 Sylvane , incolumes , quibus hic concordia rursus  
 Alma ligat firmans alternis pectora nodis .  
 O fortunati juvenes ! renovasse priorem  
 Constet amicitiam : dextræ modo jungite dextram ,  
 Mutuus extet amor : sic cum matura senectus  
 Frigida communi amborum tegat ossa sepulcro ,  
 Stelliferis etiam concordēs sedibus umbræ  
 Adspiciant summum immortali fœdere lumen .  
 Arida nunc flammis fragmenta reponite sylvæ,  
 Versibus alterne cantabitis inde sonoris  
 Encomium Daphnis , venerandi funera Thyrsis ,  
 Cujus adhuc tumulum egregiæ pinnacula plangunt  
 Parthenopes ; lacrymis Tyrrhenum exæstuat æquor ;  
 Roma canit tanta patriæ invidiosa rapina ,  
 Depositoque suas ingenti consecrat arces .

S 2

CAN-

CANDIDUS.

Principium sit ubique deus, deus omnia complet:  
Hic amat agrestes, ipsi pia carmina curæ.

SYLVANUS.

Me quoque mater amat, nobis dea: grandibus aram  
Sæpe coronavi sertis lauri atque amaranthi.

CANDIDUS.

Thyrsis abest, cygni lacrymantur: litora Thyrsin  
Cuncta gemunt, Thyrsin sonat in convallibus Echo.

SYLVANUS.

Quid, dum Daphnis adest, tibi lamentabile carmen?  
Cinge comam violis, ornentque ligustra corollas.

CANDIDUS.

Thyrsis, ut in campis contusus languet aratro  
Narcisus, vitam singultibus exhalavit.

SYLVANUS.

Daphnis, ut ardenti sol majestate decorus  
Post jubar Auroræ, doctrinæ lumine fulget.

CANDIDUS.

Thyrsin inaccessu mirata cacumine nixum  
Ausonia, haud dubitans magno conferre Maroni.

SYLVANUS.

Inclita Mæoniden contemnit Roma, profundo  
Dum veluti immensus torrens ruit agmine Daphnis.

CANDIDUS.

Thyrsis ad egregios torpore ligata quierunt  
Flumina concentus, & sylva secuta canentem.

SYLVANUS.

Daphnis inaccessi gemmantia carmina lucis  
Saxa animare sono potuere, & sistere solem.

CANDIDUS.

Summus livor erat Thyrsis mortalibus; at nunc  
Eximium cœli decus aurea sydera calcat.

SYLVANUS.

Invidia major Daphnis: præscripsit iniquo  
Livori metam, & fines virtute reliquit.

CAN-

CANDIDUS.

Sicut olor truncat moribundus in arbore carmen,  
Suave melos Thyrsis gratissimus interruptit.

SYLVANUS.

Daphnis, ut alituum tremula stipante corona  
Cum Phoenix renovata sonat, sudum aera mulcet.

CANDIDUS.

Extra anni solisque vias nova gloria Thyrsin  
Expectat, nitidis nomen quæ comparet astris.

SYLVANUS.

Qui circumscribit stellantes circulus orbes  
Angustum elogiis Daphnis patet esse theatrum.

CANDIDUS.

Bætis ad Auroram, occiduas vel Iberus ad undas  
Ante retrocedet, quam expiret gloria Thyrsis.

SYLVANUS.

Ostendet Libycis fecundos glareæ sulcos  
Syrtibus, ante decus Daphnis quam deleat ætas.

CANDIDUS.

Regius, ut cœlo æthereas volat ales aperto,  
Despiciens nubes, infra videt omnia Thyrsis.

SYLVANUS.

Marginis impatiens, & pontus flumen ut ingens,  
Longius augetur: sic magni Daphnis honores.

AMYNTAS.


Arva bibere satis, pueri compescite rivos:  
Dumque sub occiduo latet orbita lucis Olympo,  
Solicitent placidos nocturna silentia somnos.

*Don Martin Miguel Navarro, Autor de esta Egloga, fue como se ha dicho natural de Tarazona, estudió en Zaragoza donde le trató y conocio sus grandes talentos el Canonigo Argensola: fue Colegial Trilingue en Alcala, muy versado en griego, en latin, y en otros idiomas, docto y elegante poeta: pasó a Roma con deseo de instruirse, y de solicitar sus conveniencias; y por las recomendaciones de su Maestro el Canonigo Leonardo, le recibio por su Secretario de cifra el Conde*

de

de Monterrey, Virrey de Nápoles, de donde volvió provisto de una Canongía en su patria, donde murió de 44 años el de 1644. Esta Egloga se halla en un Codice de varias poesias suyas, que dispuesto para la imprenta posee Don Bernardo Iriarte. Mario Squipani, celebre Medico de Nápoles, escribió tambien otra Egloga latina en alabanza de Lupercio Leonardo, la qual poseía su hermano Bartholome, cuyo paradero ignoramos. En quanto al Dialogo de Luciano traducido por éste, y que dexamos impreso en la pag. 115. se ha de advertir, que aunque en algunas ediciones se atribuye a aquel Filosofo tan amigo de burlas y donayres, de otras se excluye; porque algunos juzgan con Fabricio (1) que no es suyo, sino escrito a su imitacion por otro docto Griego. Como quiera que sea, él es digno de Luciano, y la traduccion digna del elegante y sazonado ingenio del Coronista de Aragon, que era capaz de hacerlos tales originalmente, que no se desdeñase de reconocerlos por suyos Luciano, ni el mismo Platon. Entre los dialogos morales de Luciano traducidos de latin en español por Don Francisco de Herrera y Maldonado, publicados en Madrid el año de 1621. se halla tambien el traducido por el Canonigo Argensola, cuya version sujeta a las leyes de tal, hace ventaja conocida a la otra parafrastica.

(1) *Bibl. Græc.* tom. IV. pag. 492.



## NOTICIAS PARA LA VIDA DE MIGUEL DE CERVANTES

SAAVEDRA.

1. **M**iguel de Cervantes Saavedra nació en Alcalá de Henares el año de 1547. Bautizose a 9. de Octubre. Fueron sus padres Rodrigo de Cervantes, y Doña Leonor de Cortinas (1). Así consta de su Fé de bautismo comprobada con tan abundantes y fidedignos testimonios, que se desvanecen con ella las pretensiones de Sevilla, Madrid, Esquivias, Toledo, Lucena, y Alcazar de San Juan, que como a otro Homero las ciudades de Grecia pretendian adjudicarse este hijo ilustre: comparacion que aunque vulgar no parece violenta, atendida la idéntica circunstancia de ser puntualmente siete los pueblos que se disputaban la posesion de estos dos famosos hombres (2). Favorecia la parte de Sevilla Don Ni-

(1) En la Fé de bautismo no se expresa el apellido de su madre; pero se lee en las partidas de rescate de Cervantes, de que se hablará despues.

(2) Recorriendo algunos libros en la Real Biblioteca, encontré casualmente una Relacion impresa en Granada el año de 1581. por René Rebut de 185. Cautivos rescatados en Argel el año antecedente por los PP. Fr. Juan Gil, y Fr. Antonio de la Bella, del Orden de la Santísima Trinidad, Redentores por las Provincias de Castilla y Andalucía; y entre las primeras partidas lei esta: *Miguel de Cervantes, de edad de 30. años, natural de Alcalá de Henares.* Tratando de este hallazgo despues con Don Bernardo Iriarte, Oficial mayor de la primera Secretaria de Estado, Academico de la Real Academia de la Len-